



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**De Monstris Et Monstrosis, Qvam Mirabilis, Bonvs, Et
Ivstvs, In Mvndo Administrando, Sit Devs, Monstrantibvs**

Stengel, Georg

Ingolstadij, 1647

§. 1. Sensus quæstionis & aduersariorum fundamenta.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-51168](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-51168)

lūm apud ceteros differre, verūm etiam manifestè persequi, quòd audisset, eum à damone vexatum. Idem, credo, fecisset Iobo, si cum illo vixisset. O quàm iusta sunt iudicia Dei! Nam hic ipse, eodem vexationis genere, per eiusdem spiritus ministrum, paria passus est: sed non paria de se iudicavit. Quia enim *non videmus mantica, quod in tergo est*, sibi ipse ignovit, immò laudi duxit, quod in altero censuit esse indicium improbitatis.

CAPVT XIV.

An, & quomodo diabolus possit creaturas in monstra conuertere?

§. I.

Sensus questionis, & aduersariorum fundamenta.

Superest tertius modus, quo diabolus non jam se ipsum, neq; eos, quos possidet monstrificos facit, sed homines & ceteras creaturas videtur re ipsa ac verè in monstra mutare. Satis enim monstruosum est, si animal aliquod de vna specie in aliā transformatur: quod num fiat, & quo modo fiat, aut non fiat, tamen

tametsi suprà, cùm de rege Nabuchodonosore ac statua salis ex coniuge Lot facta differeremus, obiter perstrinximus, híc tamen tanquam suo loco, pluribus meritò discutiendum est. Atque in primis non quærimus, an substantiam aliquam caco-dæmon creare possit, sed de mutatione, quæ ad subiectum ordinem dicit. Creatio non fit ex subiecto, sed ex nihilo; quare, cùm in agente infinitam potentiam exigat, nulli spiritui creato tribui potest. Quærimus ergo an Stygia arte, substantia ex subiecta materia produci, & homo in bestiam, vel bestia in hominem mutari possit, aut vna bestia in aliam? Nec ratio deest pro hac sententia, nec experientia. Ratio est illa, quòd cælum possit producere viuentia, quæ dicitur eminenter continere; cur igitur & spiritibus ea potestas negetur, qui sunt longè cælestibus corporibus eminentiores? Experientiæ autem, præter Nabuchodonosorem, & vxoré Lot, agminatim possunt recenseri taliû transformationum, vel à magis factarum. Sed his aliæ sunt experientiæ præmittendæ, quæ cùm sint opera naturæ, stupendis metamorphosis, hominis quoque in brutum,

Vide S:
Thomam
I. p. q. 44.
a. 1. & q.
45. a. 1. &
5.

tum,

464 Cap. XIV. An, & quomodo diabolus
tum, aut bruti in hominem metamorpho-
sin videntur probare.

§. II.

*Mira plantarum, & animalium meta-
morphoses.*

Quòd si enim concessa mortalibus fa-
cultas est, efficiendi vt rosas proferat cera-
sus, vel brassica poma, cur non idem con-
tingere possit in sentientibus?

Virgil.
lib. 2.
Georg.

*Quin & caudicibus sectis (mirabile dictu)
Truditur è sicco radix oleagina ligno.
Et sepe alterius ramos impunè videmus
Vertere in alterius, mutatamq; insita
mala*

*Ferre pyrum, & prunis lapidosa rubesce-
re corna.*

*Si humana virtute ferrum in chalybem, ar-
gentum in aurum vertitur, inquit Bodinus
acerrimus huius sententiæ propugnator,
quis demonem viribus tam imbecillum esse sibi
persuadeat, vt hominem in bestiam commu-
tare nequeat? Narrat Scaliger, folia arbo-
rum iuxta Iuuernam fluuium sitarum, si
in flumen decidant, pisces fieri; si hu-
mum petant, ex ijs terrestria quædam
animalia gigni. Apes ex cadauere bubu-
lo, ex equi crabrones, ex cancro scorpioné
generari vel Poëta canit.*

Non.